

Ann. II.

Num. I.

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium subnotationis annuae, *praesolvendum*, in Italia est Libel. 10;  
ubique extra Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, *VOCIS URBIS* possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

### Subnotatio fieri potest:

#### IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

#### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES  
LONDON W. — 28, Orchard Street.

#### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud  
COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.  
NEW YORK, 143 w 95<sup>th</sup> St.

#### IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

#### IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95<sup>th</sup> St.

### RERUM INDEX

LITTERARIUM CERTAMEN ET PRAEMIA CONSTITUTA VICTORIBUS.	v. ii.
ANNUS M DCCC XCVIII .... .... .... .... ....	A. Z.
IN MORTEM FELICIS CAVALLOTTI ET ELISABETH IMPERATRICIS	
LATINA ELEGIAE .... .... .... .... ....	F. Ramorino.
DE ADAMO MICKIEWICZ .... .... .... .... ....	H. Lambiasi.
DE REBUS ITALIAM INTER ET GALLIAM COMMERCIO PERMUTANDIS.	Marius.
HORAE SUBSICIVAE. — Reginae Margaritae Sabaudicae <i>Ad Virginem Dei Matrem precalio</i> latinis versibus expressit ....	I. B. Gandinus.
<i>In Puerum Iesum</i> .... .... .... .... ....	P. Angelini.
DE LAURENTII PEROSI OPERE, CUI TITULUS <i>Resurrectio Christi</i> .	C. De Angelis.
PAULINA TEKLHIONWAKE POETRIA ET MULIERES IROQUENSES	D. Tamilia.
AMERICAE SEPTENTRIONALIS .... .... .... .... ....	H. Marucchi.
EFFOSSIONES NOVAE IN AREA ROMANI FORI PROPE TEMPLUM	H. A. Strong.
CAESARIS .... .... .... .... ....	H. D. V. Pieralice.
EX ANGLIA. — DE DISCIPLINA SCHOLASTICA APUD BRITANNOS.	Forfex.
DE FINE ORBIS TERRARUM AC DE EXITU HUMANI GENERIS ..	Egnatius.
FRUSTULA .... .... .... .... ....	Thomas.
ANNALES .... .... .... .... ....	X.
ACTA SANCTAE SEDIS .... .... .... .... ....	
LOGOGRAPHUS .... .... .... .... ....	

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

## \* VARIA \*

### Solum oppidi subsidens.

Quid horribilis hiatu terrarum? Hactenus fortasse nihil repertum erat, quod magis terret; sed adest nostris temporibus aliquid non momentaneum, non inopinum, at simile illi horribili, quod eo magis terret quia constans, quia irreparabile humanis viribus et conatibus est. Solum lente degliutis urbem, dehiscente subtus nescio quibus cavernis terra, unde illud Prophetae redit in animum: « descendant in infernum viventes! »

Huiusmodi urbs in Anglia habetur; ah! quid dixi haberi? Num habeatur adhuc nec ne, incertum est.

Nomen oppido Narthowich; regio, iuxta provinciam, Cheshire.

Iam pars urbis fere ex integro subsedit, quod superest reliquum iam pendet in idem. Mathematicae et physicae periti accedentes rei caussam profundioribus vacuis et specubus tribuerunt, super quibus aedificia vix quatuor metrorum fornicibus sustinuntur.

Pulcrum, melhercule!, dixisse causam incolis; sed quae utilitas in dicendo, si irreparabile urget fatum? Iamque cives incerti mussant, noscuntque se terraemotus praedam datos, qui modo sensim, modo repentina hiatu domos deglutiit. Sic decimanona mensis augusti novissima nocte domus causidici Barnes usque ad secundum fenestrarum ordinem absorpta est, ita placide tamen, ut quicquid supellectilium domi erat ne inclinaretur quidem. Finitima domus, ubi esset, restitit incolmis. Biduo post diversorii stabulum una cum equis inclusis in profundum descendit; nihil diversorio damni fuit. Sequenti die, dum convivium nuptiale in quadam domo celebratur, haec tribus circiter metris integrum cum convivis delapsa est in ima. Fons in foro, monumentum artis, proxima nocte absorbetur. Octingenta nonaginta quinque aedificia ab aequo pristino plus minusve subsiderunt. Aditus templi, qui, decem abhinc annis, decem gradibus eminebat a solo, nunc subter solum octo gradibus petendus est. Carcer una cum duodecim inclusis, apparitorum domus una cum octo militibus ac duabus feminis deglutiuntur. Ubinam nunc sunt? Quanam in profunditate disperierunt? Quam praecepit, ac tamen tacito lapsu! Nemo vidit, nemo animadvertisit, nemo novit, fortasse nec ipsi, qui misserrimam obierunt mortem, nihilominus ante sepulti, quam occisi. Nec minor in campis adiacentibus terror, nec minores hiatus. Et rustica habitatio tamen restat ad modum culminis, ad

modum tholi super quamdam soli columnam; quippe solum illud, breve spatium, circa dehiscentibus terris, pristinum locum, pristinam elevationem servavit. Qua de causa? Quid subitus in tanta ruina, et delapsu vicinorum? Nemo noscit.

Afflit ad locum turba invisentium, turba curiosorum, turba sapientum. Factum patet, atque horribiliter patet; certa rei caussa latet in profundis cuivis inaccessis; congruum malo remedium impossibile prorsus humanis.

\*

### Pluviae terreæ, sabulosæ, insectiferae.

Qui a Tauride Chersonesi venti perflant in Daciam et Mesiam (Romania), plerumque pulvrem adducunt modo flavum, modo rubescens. Relatum est in monumentis vigesima octava mensis iulii die, anno 1833, super Brailam apud Istrum flumen pluisse sabulo quodam rubro, quod mixtum aquis veluti sanguinea pluvia videbatur. Analysis chimica comportum est ex optima ferri rubigine (*protoxido ferreo*) constare. Vigesima octava mensis februario die (1883), Sulina et adjacentes campi ad ostia Istri nigro pulvere coperti sunt: ibique etiam die vigesima mensis ianuarii (1893) post nubes flavus pulvis a coelo lapsus est, quinque millimetris super nubes excrescens. Eo ipso anno die octava mensis maii, pulveris pluvia duobus alta millimetris Moldaviam operuit. Praeterea nobis invisentibus, hyeme, post nivium abundantiorum lapsum, in montibus Aequicolis, viginti circiter abhinc annis, flavescens pulvis super nubes austro flante descendit, quo factum est ut aquae e montanis vicorum tectis turbidae et flavo colore stillarent, mirantibus villicis. Decima nona mensis iulii nocte, et vigesima prima mensis eiusdem tum in urbem Galatz, tum in urbem Bukarest quasi nubes vermiculorum descendit, quae in terram decidens quasi tapetum nonnullis profundum centimetris confecit, eorumque multitudine suspensa alis circa *electricas* lampades, luce illecta, cumulabatur, aestuabat, et volvebatur ad modum illius meteora, quae in mari saepe videri et ferri solet ad pestem et perniciem carinarum et navium. Num haec mirabilia si quindecim circiter abhinc annis, exente mense augusto cum Aequicolis montanis insederemus, tanta vespertinis horis repellente apparuit vis papilionum in aere, ut quasi aurea nix descendere videretur; et ea erat, ut, interposita soli, radios cohiceret, et solum, flavis aliis lucem remittentibus, aureo plane colore consterneret, atque, ut ita dicam, roraret? Quod quidem risus causa nobis colloquentibus fuit; nam

subito vultu, vestibus, crinibus decoloratis, novo illo colore induit, alii ad invicem ac noti, qui eramus antea, videbamur.

Quid autem de illa locustarum in mari pluvia, de qua olim legi quatuor perpetuis horis navigium sulcasce pelagus refertur cadaveribus locustarum? Circa quae tanta fuit famelicorum et inhiantium praedae turba omnimoda piscium, ut hi fere manibus exciperentur; et rete demissum brevi completum est non piscibus, sed populo piscium, quorum ingens numerus in mare reiectus est, quem dimidio minor late superaret vires, et necessitates, et desideria piscantium.

### \*

### Ecce homo!

Quibus constet elementis homo, quid singulis confici possit, si corpus humanum, seorsim iuxta singulorum speciem, divideretur, quidam Germanus vir, chimice inserviens arti, assiduus et operosus requiriens, tandem ad ista pervenit.

Mediae statuae corpus humanum, cui pondo sint sexaginta chilogrammata et octo, tot dabit elementa rerum, quot reperiuntur in integris mille et ducentis ovis communibus.

In fluidum aeriforme conversus duo de centum metra cubica daret, et ex hoc fluido tantum idrogeni suppeditaretur quantum satis esset ad elevandum areostatam, cui septuaginta chilogrammatorum impetus foret.

Tantum ferri ex eo corpore depromeretur, quantum sufficeret septem clavis non mediocribus cudentis.

Tantum adipis, quantum sex chilogrammatis et dimidio candelarum conficiundis datur. Tantum carbonis quantum opus esset quinque et sexaginta fasciculis illius lignei calami, quem lapis obiter nuncupamus.

Tantum phosphori quanto illinerentur octingenta et viginti millia frustulorum, quibus reppente excitare flammarum et lucem levi confractione solemus, et non absono a Latinis et a re verbo *flammiferos* nominamus, nisi quis *luciferos* appellare malit, sive *lucigeros*.

Tantum salis, quantum viginti parva cochlearia, quibus in potionem kaffae usumur, continerent.

Tantum sacci, quantum quinquaginta quadruplicis conficiendis opportuna haberentur.

Denique tantum aquae, quantum quadraginta litra completeret.

Ecce hominem apud chimicos! Facilis unicuique sui aestimatio est, si datum singulis elementis pretium cumulaverit.

## LIBRI ET COMMENTARII DONO ACCEPTI

M. l'Abbé V. CARLIER, *Minucius Felix et Senneca*. Louvain, 1897.

— *Authenticité de deux passages de Minucius Felix*. JOSEPHUS ROSSIUS. *Duas elegias et nonnulla epigrammata*. Bononiae, 1898.

LEOPOLDO PAGLICCI. Traduzione metrica delle Epistole di Quinto Orazio Flacco, preceduta da un discorso su l'arte del tradurre e seguita da due appendici. Pistoia, 1898.

EUGÈNE MÜNTZ. *L'art et la morale*. Paris, 1898.

Dottor GIULIO ANTONIBON. Supplemento di lessioni varianti ai libri *De lingua latina* di MARCO TERENZIO VARRONE. Bassano, 1899.

Caietani Blandini episcopi Agrigentinorum elogium C. MILLUNTUS scripsit.

*Rivista internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie*. Roma, nov. e dic. 1898.

*La Nuova Antologia*. Roma, 15 nov.; 1<sup>o</sup> e 15 dic. 1898.

*Roma Letteraria*. Anno VI, n. 24.

*La Scuola secondaria italiana*. Anno III.

*L'Amico della Gioventù*. Anno XI, nn. 50, 51.

*Revue Bibliographique Belge*. Ann. XI, n. 11.

*La Ricerca*. Anno VII, nn. 23, 24.

*Il Marzocco*. Anno III, nn. 45, 46, 47, 48.

*Die Nation*. Nn. 8, 9, 12, 13, 14.

*La Cruz*. Madrid, nov. et dec. 1898.

*Ephemerides liturgicae*. Ann. 1898.

*L'Osservatore Cattolico* di Milano.

*Il Cavaliere Cortese*. Anno I, n. 1.

*Esperia*. Anno III, n. 5.

*Preco latinus*. Philadelphia, mense octobri 1898.

*La Vita Nova*. Rivista universitaria, 16 novembre, 1<sup>o</sup> e 15 dicembre 1898.

*Revue Ecclésiastique*. Vallezfield, vol. IV, nn. 8, 9, 10, 11, 12; 1 e 15 dic. 1898.

A

I  
S  
tatis  
num  
sit m  
et di  
cumq

A  
hacte  
rum  
nium  
dum,  
si De  
Su  
quasq  
prose  
rioren  
unoq  
digna  
que 1  
societ  
fovea  
sed e  
SSP

L

ET

Q  
malos,  
illud ut  
hoc ut

No  
sed ve  
eosdem  
certam

Cui  
ac iucu  
animos  
oculis i

sit hum  
tuna, se

guberna  
hunt, e

vox, be  
runt hi

Quid  
generis,  
num re  
colorib

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
In Italia..... Lib. 10 Ubique extra: Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3		ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE - Via Alessandrina, 87.

**S**OCIIS omnibus, quorum nomina apud nos frequentiora fiunt in dies, quibusque tantum auctoritatis inest atque decoris, ineunte annum faustum precamur, quum nobis sit maxime in votis ut et valeant optime et diutissime vivant et felicibus quibuscumque utantur.

Ad eorum autem gratiam, quam hactenus sumus consequuti, in posterum retinendam et augendam, ad omnium etiam favorem nobis conciliandum, neque industriae neque laboribus, si Deus nostris aderit coepitis, parcemus.

Summa vero ope nitemur ut optimas quasque disciplinas semper Vox Urbis prosequatur, rerum etiam civilium uberiorum edat copiam, omnia, denique, in unoquoque contineat numero quae, scitu digna et auditu iucunda, magis magisque homines doctos eiusdem linguae societate coniungant, litteras et artes foveant, ac non modo animos excitant, sed etiam allicant et recreant.

## LITTERARIUM CERTAMEN

SOCIIS PROPOSITUM

ET PRAEMIA CONSTITUTA VICTORIBUS

**Q**uum philosophus quidam interrogaretur, quid posset civitati fieri felicius: inter malos, inquit, dissidium, inter bonos aemulatio; illud ut perditorum hominum intercipiatur fraus, hoc ut boni in meliora nitantur.

Nos igitur, qui socios nobis nedum bonos, sed vel optimos quosque diligere cupimus, eosdem, proposito praestantissimis praemio, in certamen honoris vocando censuimus.

Cuius quidem aemulationis maximus fructus ac iucundissimus erit bonos fovere mores et animos ad pulcherrima quaeque erigere, subiecto oculis illustri aliquo exemplo, quo perspicuum sit humanos vitae casus non coeca versari fortuna, sed arcano divinae providentiae consilio gubernari. Verba enim suadent, exempla trahunt, et, quae Augustini auribus olim insonuit vox, benesuada ad magnanimos reddit: « potuerunt hi et hi; cur non ego? »

Quid autem esse putemus cuiusvis historiam generis, nisi tabulam quandam, in qua hominum res idoneis sententiis nitidisque verbis, quasi coloribus, exprimantur, eo consilio ut improbo-

rūm tristis appareat et lugubris exitus, eorumque mala facinora execrationibus et vituperio damnentur; quae vero digna quis gesserit, ea meritum laude recenseantur, ut, dum aeterna illos premit infamia, hos gloria apud posteros comittetur aeterna? Si qui vero optima expetentes veramque sequuti honestatem casu aliquo oppressi concidunt, redeat mox ad mentem legentis, esse alibi profecto *Iustitiam* unicuique suum aequa lance reddentem, quam nec quisquam possit non in vita sentire, nec moriens effugere.

Huius generis narrationem sociis nostris certatim scribendam proponimus, arguento, dispositione, tempore, nominibus singulorum arbitrio relictis. Spatii vero tantum conceditur quantum decem fere huius commentarii paginae continere possint. Denique narratio latino sermone conficiatur eoque perspicuo ac perpolito. Absolutum opus ad nos mittetur nullo obsignato nomine; sed in fronte voluminis versus aut sententia aliqua scribatur, addaturque epistolaris theca, quae exterius eundem versum aut sententiam praferat, intus habeat nomen scriptoris inclusum. Nobis autem quovis dispendio immunitibus haec praesto sint antequam huius anni 1899 iulius mensis praetereat.

Singulis scriptis probandis tres addicentur iudices, qui de unoquoque seorsim sententiam ferent: iidem collatis consilii iudicabunt, quae digna praemio videantur. Praemia vero ita decernentur, ut ei qui primas tulerit *aureus nummus* conferatur suaque narrationis exemplaria centum: qui secundas, item exemplaria centum ac *argenteus nummus*. Utramque denique narrationem, addito scriptorum nomine ex theca aperta deprompto, in commentario nostro edendam curabimus.

v. u.

## ANNUS M DCCC XCVIII

**E**st humanae prudentiae satis probanda ratio ex rerum eventis, quae praeteriere, aliquid de futuris divinare.

Hoc potissimum fieri solet sub cuiusque novi anni ingressum, respiciendo ac reputando quae per delapsi anni cursum evenerint, ut ex his in proxime decurrentem omnia capiantur. Ad haec animum advertenti multa mihi eaque gravia enumeranda videntur quae nuper transacto anno minus faustum notam inure posse. Quamdiu enim anxi fuimus ne ob Cretam insulam bellum inter Europae gentes conflagaret? Copiarum augebatur numerus, naves hinc inde arcessebantur atque ornabantur. Idcirco novis impensis oneratae provinciae, aucta vectigalia, tributa intole-

rabilia exacta; hinc premi populus suisque adversari moderatoribus. Quod malum in Italia nostra in graves recidit tumultus.

Fautores enim novae licentiae temeritatem cititiae multitudinis in rem publicam armare, incendia, caedes miscere. Immissi milites vi motus compreserunt. At doctrinarum errore ac vitiorum illecebris corrupta plebs aversum animum retinuit; metuenda seges praesertim ab iis quos nulla publicae incolitatis cura, sed stultum odium in Ecclesiam invexit, caussam mali simulantes unde remedia exquirenda.

\*

Mens horret inventum esse qui imperatricem provectam aestate, beneficiis illustrem, quum Geneva animi causa deambularet, necare ausus sit. Verum id pravitatis facinus universam excusit Europam, ac de remediis aliunde ac ab armis repetendis meditari coegit. Iussus cuiusque nationis procerum conventus ad perditorum hominum nefariam audaciam infringendam. Verum irrita consilia, nisi moribus per religionem consulatur.

Haud multo post aliud paci periculum discrimenque allatum. Ingens propter Antillarum dominatum inter Hispanos atque Americae septentrionalis populos bellum exarsit. Pugnatum utrinque summa vi, Hispani superati, Antillis ac magna ex Philippinis insulis parte exuti.

\*

Attamen huius infasti anni prope ad occasum tristia quae prosecutura praevidebantur per alios eventus immutata nonnihil spei portendere videntur: scilicet Hispaniam inter et Americam sanctum foedus, armorum timorem in praesentia ab Europa removet. Nec existimare licet sine aliquo probabili successu convenisse Romae qui de cohibendis nefariis in societatem criminibus consilia inter se conferrent. Maior etiam spes affulget si, quae de minuendis exercitibus bellicoque apparatu Russiae prudentissimus imperator proposuit, ad optatum finem perveniant. Etenim si a comparandis armis, copiis classibusque instruendis aliquando cesseretur, nullum dubium, praesertim vectigalibus tributisque immunitis, quae belli timor graviora in dies facit, quin populi potiore vitae conditione aliquando fruantur. Praeterit igitur annus plenus sollicitudinis, plenus timoris, dum qui novus ingreditur meliore omne appetat.

Faxit Deus ut bonus, faustus, felix fortunatusque procedat, quod futurum confidimus si civiles potestates una cum Ecclesia Dei in regenda societate coniurent amice.

A. Z.

Natura flores odoresque in diem gignit, magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime florent citissime marcescere.

(PLIN. N. H. 21, 1).



## DE REBUS

ITALIAM INTER ET GALLIAM  
COMMERCIO PERMUTANDIS

**Q**uum nobis ea profecto sententia sit, quae prudenter probumque patrem familiam quemque decet, et qua romano iure cautum est « nemini licere alienis dannis sibi divitias comparare », cumque praeterea perspectum sit illas esse opes tuto atque alite fausto comparatas, quas propria industria ac sollertia sine ullius iactura nullaque fraude consequamur; quae nuper constituta sunt inter Italianam et Galliam ad negotiorum permutationumque commoda magnopere laudamus. Hisce enim pactionibus ea firmata sunt, quae utrique prosint, dum neutri nocent, atque ita cautum est circa singula, ut pari pede gentem utramque iuvent, neque detimento alterius altera ditetur.

Quibus factum est ut res et fabrefacta nostra commigrent in populum proximum atque omni copiarum genere abundantem, unde, dum huic emaciat copia rerum, nostros ad mercatores et negotiantes redibit pecunia nullo permutationis damno affecta, neque in deterius delata.

Cumque res nostra cum populo sit non modo apprime diti, sed etiam apprime industri atque ad omnia feliciter apto, hinc fiet ut merces nostrae illuc abiturae sint certe vendendae, neque enormi detimento aut emporis credendae erunt, aut dilationis impotes, cum periculum in mora sit, quovis et veluti semigratuito abiendi potius, quam solita lance et aequo pretio vendendae.

Quum igitur aditus rebus nostris reclusus sit, easque deferre illuc liceat, ablatio illo maximo tributo, quo nuper afficiebantur Galliarum limina ingredientes, atque eo tantum restituto, quod iamdudum exstabat, quodcumque cum reliquis finitimis Galliae commune est, eminent novi foederis utilitas; nam plurima, quae nostri soli sunt, et quae veluti exuberantia solemus divendere exteris nationibus, illuc sponte immigrabunt non minoris profecto vendenda, atque tum re, tum pretio cum ceteris eiusdem generis feliciter certatura.

Quantum hoc sit, et quanti habendum hoc, quod feliciter constitutum pro explorato aestimamus, ille sciet qui numeret quot centena millia ettolitorum et olei et vini singulis annis illuc ab Italia demittantur, quot carnium centena kilogrammatum millia, tum casei, tum caricarum, tum fructuum, tum ovoidum denique. Quibus singulis ut limina Galliarum paterent, necesse erat gallica aurea a Gallis emere maioris vendita quam in re pretii esset, empta autem reddere minoris aestimata, ut mercibus aditus comparetur. Quid praeterea si addideris rationi pondere nunc tributum illud plerumque quadrante imminutum?

Gratulamur nostratis haec adeptis, gratulamur Gallis ad haec advertisse animum, et consanguineam gentem fraternali more habuisse.

Certe non defuerunt qui in legifero Gallorum coetu haec non facienda dixerunt, et caeca odia succendenda censuerunt. Sed omnes eloquentia frexit, qua Delambre et Delcassé viguerunt, et Aynardius, Jourde et Millevoye se in horum sententiam pedibus ituros conclamarunt. Bona verba ab hisce pro Italiam prolata fideli echo in Gallorum cordibus consonuerunt; hinc re suffragiis credita, omnia, prout in votis erat, absoluta sunt una et quadringentis quinquaginta vocibus faventibus, quadraginta quinque tantum obstantibus.

Quae Galli annuerunt, Itali in reipublicae sua

concilio ratum desiderant, atqui id brevi absolvendum scimus.

Diximus nuper, iteramus, et iugiter iterabimus quoties de pace et concordia inter populos sermo feret: « Bonum est et iucundum habitare fratres in unum ». Hominibus bonae voluntatis arridet pax, arridet concordia, quia concordia parvae res crescunt, maxima discordia dilabuntur. Simultates, odia, bella raro uni profuerunt, saepissime utrisque nocuerunt; at pax et concordia nocuerunt nemini, et semper utrosque beneficiis iuvavunt.

MARIUS.

## HORAE SUBSICIVAE

REGINAE MARGARITAE SABAUDICAE  
AD VIRGINEM DEI MATREM  
PRECATIO

*Alma Dei genitrix, nivium quam viribus audax  
Montanus dominam rite vocare solet,  
O quae nubiferos montes regis, aethere ab alto  
Haec iuga perpetuo respice tecta gelu,  
Quae candore tui limbum simulanta veli  
Aeriis spatiis intemerata nitent.  
En age, terribiles glacies lustrantibus adsis:  
Excute corde metum, dene pericla viae,  
Perque iter abruptum si quem mors abstulit altra,  
Excipe complexu, Virgo beata, tuo.  
Effice iucundum crudeli funere ademptis  
El leve quod gelidum contingit ossa solum;  
Fae, precor, ut raptim terrestria claustra resolvit,  
Igneas sic raptim spiritus astra petat.  
Vola mea exaudi: miserorum suscipe causam,  
Nosce pias mentes, acta probanda vide,  
Collectosque velut montano vertice flores  
Ante Dei solium sparge benigna, precor.  
Sic ubi supremi ad conspectum iudicis ibunt,  
Excipiat placidus commiseransque Deus!  
Sic quae purpureo convesit lumine montes  
Lux caelestis eos tempus in omne beat!*

Latinis versibus expressit I. B. GANDINUS.



## IN PUERUM IESUM

*Deus et homo est (Symb. S. Athan.).*

*Si Deus hic puer est, cur luget stratus in antro,  
Et trepidant acri membra tenella gelu?  
Sin homo, cur laetus mulcet concentibus auras  
Aligerum summa missus ab arce chorus?  
Si Deus, humani cur non redditur honores?  
Cur natum exesae punicis umbra tegit?  
Sin homo, cur caelo surgens inopina sereno  
Stella docet reges antra beata pios?  
Si Deus, Herodis cur saevas effugit iras?  
Sin homo, qui Herodi concutit ossa tremor?  
Et Deus est et homo: sic nempe extrema coire  
Non ante auditio foedere iussit amor.*

PETRUS ANGELINI.



*His diebus missa est ad socios figura pro-missa, quae Urbis prospectum (m. 1.10 X 0.24) e Ianiculo monte repreaesentat.*

*Socii novi eam quoque gratis accipient una cum omnibus Vocis Urbis numeris adhuc editis.*

## DE LAURENTII PEROSI OPERE

*cui titulus*

*RESURRECTIO CHRISTI*

**I**n nonnullis Italiae superae civitatibus, paucis abhinc mensibus, singulare aliiquid contigisse accepimus, atque idem in urbe hac nostra novissime spectavimus. Laurentius Perosi sacerdos adolescentis, viginti sex annorum natus, opera quaedam musica, sua manu noviter elucubrata, quorum argumentum vita est D. N. I. C., canenda vulgaris, eaque audita admirationem omnium maximam illi conciliarunt. Quod itaque nomen ante hoc tempus omnibus fere, si populares suos excipias, ignotum fuerat, iam in omnium ore versatur. Difficile dictu est, quanta animorum commotione illius musicæ, quo plausu, quibus laudibus excepta fuerit: eius ingenii lumen et nativa dexteritas ubique praedicatur; ipsius studium, ars, cantus illecebrae quibus audientes subripiens, attontos et pene sui impotes facit, nulla licet amplissima commendatione satis efferuntur. Homines bene multi musicam tractantes et ad huius studium non leviter appliciti, palam profitentur, se numquam talia tam eximia, tamque insitata audiisse: nec desunt qui Laurentium Perosi cum primis actionum musicarum auctoribus, in Italia et Germania celeberrimis, comparent; tantum non illis aequi- parant. Qui vero minus in hac arte sunt eruditæ, propalare cuicunque occurront et ingeminare non desinunt: Perosianos concentus esse quid novum, incredibile, admirandum, venustatis, deliciarum, incantamenti nescio cuius plenis simum; ita ut extra se rapi et delirare quodammodo videantur.

Verum licet praetermittantur, quicumque demum sunt, mentis abreptæ atque aestuantis excessus; inficiari tamen non possumus admirationem animorum ab hac musicæ commotam vel semel audita, fuisse praeter omnem modum inopinatam, unanim in atque incredibilem. Huic autem tantæ admirationi, maius ex eo momentum accedit, quod adolescentem praestantissimum omnes omnium ordinum et omnium partium homines veneratione quadam prosecuti sunt, atque egregio sacerdoti, illi etiam, qui clero vel minus faverent vel aperte adversantur, sepositis inimicitias, libentissime plauerint.

Ex hac communis laudum consensione fas est colligere in opere Perosiano aliiquid singulare inesse, quod opinioni tam late, tam magnifice de eo prolatæ respondeat. Verum quid demum illud sit quod animos audientium tam mirifice oblectet, et in quo proprio excellentia operis sita sit, non pronum est dicere. Quia de re si, non inquam musicæ inductos, sed qui peritissimi sunt et magistri audiunt, amice percutentes; ii quidem praesto sunt ut pretium operis amplissime commendent, non ea tamen reponunt, quibus intelligatur quidnam potissimum opus eximium faciat. Velle itaque investigare et, si forte datum sit, caussas reperiere cur Perosiana musicæ tot tantisque fuerit laudibus cumulata. Candide aperiam quae menti obversata sunt, auditis non semel cantibus qui Christi resurrectionem in templo Sanctorum Apostolorum mirifice repreäsentarunt. Nullam auctoratem sed maximam modestiam præ me ferens, exponam quae sentio, paratissimus rei, si quis mihi persuadeat errare et decipi me, vel etiam, si Superis placet, insanire.

In primis moneo nolle me de artificio atque intima operis virtute disserere: tum quia ad ferendum huiusmodi iudicium imparem me esse libentissime fateor, tum quia facile mihi dabitur, non esse penitam musicæ indolem et modorum elaborationem ad normas artis exquisite contextam, quae animos commovet et admirationem parit, utpote quae vulgo audientium ignota, et ab ipsis qui artem callent secreto operis studio expendenda. Et fatendum fortasse est absolutissimas summorum magistrorum actiones musicas, quae sine dubio operi huic Perosiano dignitate et merito afflatim excellunt, non eam tamen admirationem, nec tam subitam, nec tanto plausu celebratam excivisse, quanto Perosius excivit.

Hanc ego admirationem non ex una vel altera, sed ex plurimis caussarum complexione repetendam censeo. Praefert enim in primis magister egregius præiudicium

aetatis, quo gratiam sibi, favorem, benevolentiam summopere demiceretur. Vix enim reperias qui viginti et sex annorum natus lucubrationem musicam tanti ponderis ausus fuerit meditari, expedire, in publicum proferre, ea confidencia qua non spem sed certitudinem fere successus visus fuerit praelibile. Ex quo pervium sit omnibus et exploratum, quod de ingenita eius ad rem musicam docilitate, de eius nativa facultate, qua naturae ipsius habitu pene divino ad hanc artem exercendam a puero mentem applicuit, passim memoratur. Quod autem ille naturae beneficio insitum tenuit, id assiduo studio, exercitatione non intermissa, insignium doctorum vel disciplina vel lectione, institutione in celebrioribus athenaeis contentis viribus excepta, quotidiana pene cultura expolitum, omnibus suis partibus perfectum fuit. Aut invitatum non semel ut organo assidens, modulationem quamdam indictam pertinet, obducta primum fronde ac si penitiora animi sensa secum scrutaretur, aggressum deinde et duabus horis prosecutum, tantae amoentatis cantus ex ipso eliciuisse, ut



mira quadam dulcedine omnes perfunderet. Quod plane ostendit ipsius acerrimi aciem ad haec colenda, non solum calescere sed penitus inflammari. Hinc autem, ut ad cantus de Christi resurrectione, quibus nuper deletati sumus, proprius veniam, hinc, inquam, consequitur placidus ille harmoniae veluti rivos sponte decurrens per opus integrum, absque ulla vel minima conatus impressione, sine ullo difficultatis impedimento, a capite ad calcem eiusdem tenoris fusum, cui aures atque animi obsecundant, nec tamen unquam vel repentinis mutationibus, aut sonorun vel intempestiva concordia vel acri discrepancia, a suavissima perceptione avocantur. Maxima autem oblectamenti continuatio ex eo derivare dicenda est, quod in nullo totius operis loco artificium illud emineat, apud artis huius magistros non semel inductum eo consilio, ut inexpectatis modulationibus auditores atque improvisa, ut ita dicam, rerum specie percellantur. Contra tam aequabili et uniformi ratione modi flectuntur ac temperantur, ut cum auribus quas sollicitant, et cum imis cordium fibris quas penetrant, concinnae videantur. Id vero efficacissime assequitur Perosius adhibitis modice cantantium vocibus, quae raro admodum iunctas reperiuntur, quaeque levissimam harmoniae seriem vel asperitatem, vel inconstantiam, vel disparitatem non raro interturbant. Partes autem omnes nervis, fidibus, tibiis, ceterisque musicis instrumentis attributas sunt, utpote quae docillora accident ad sonorum varietatem, ad intervalla, ad distinctionem vocum genera permulta, candidum, lene, grave, acutum, praestanda, eorumque moliores et delicatores in cantu flexiones, aures

nativa iucunditate per se demulcent et in numerum eruditae dispositae, mira oblectatione deleniunt. Itaque ope hac instrumentorum elaboratum, melicum epos Perosianum, sine detrimento voluptatis, blandioribus illis cantibus caret, quos ad numeri magis legem expressos diversae voces, seorsum singulae, modulantur; consociatis adeo modis ut sicut pictura oculis ita et carmen suaviter deductum auribus subliecitur. Quo genere odarum Italorum magistrorum musicæ maximopere excellit.

Verum Perosius Germanorum indoli praelare obsequutus ut singulari facilitate decorum carmen struxit, ita etiam admirabilis simplicitate elegantissimum. Nequidquam enim in eo requires nova, exquisita, incogitata et inaudita, sed demissa omnia et obvia et pene vulgaria, quae tamen fidibus juncta gratissime funduntur, illabetia animis non aliunde quam a se ipsis petita voluptate. Hac tamen et facilitate et simplicitate operis contendit Perosius naturam imitari, ex cuius imitatione quidquid est pulcrum scaturire intelligimus. Nemini non liquet hunc potissimum fuisse auctoris laborem, atque in hoc situm omne operis artificium. Cum enim eius carmen bipartitum, et acerbum Christi funus deploret, et eius resurrectionem celebet; prima pars flebilibus modis, altera laetissimis expeditur. Atque hinc fletum, inde vero gaudium ea ratione modis omnibus indidit, ut usque sibi constantia a minimo ad maximum progrederentur. Quis enim non est admiratus quo lugubri cantu praenunciat filium Dei extrellum vitæ spiritum mox esse emissurum? Hinc tubarum clangore declaratur horrescere natura universa, eoque ingeminato, motum terrae pene experti sumus, scidi vero templi velum a summo usque deorsum, acutissimo fidium sibilo citissime dilabente ad vivum exprimitur. At melos illud lugubre quo fideles conqueruntur pastorem recessisse, maxime autem mulierum querimonia plenissima pietatis, verum animis moerorem ingenerant, lacrymasque elicunt ex oculis. Longum esset singula persequi. In altera parte obiter memoro primum in sollemnitate angelorum cantico, quo iubentur homines laetari, non posse qui audiunt non gestire, nec pertinari deinde laetitiae sensibus, qui suavissimi excitantur, cum Christum redivivum Magdalena occurrentem eique se detegentem melitissimi cantus referunt quam fideliter. Praecellarissimum autem in hac parte iure dixeris triumphalem hymnum quo concluditur opus et erumpentibus ovantibus plausibus meritissime coronatur. Quia in re non unus animadvertisit sedulum auctorem, ut gaudii repraesentandi fastigium feliciter attingeret, ab austeritate et gravitate cantus germanici parumper deflexisse, et levius serenusque melos, ingenitum Italum, de pectore italo suo deponspisse.

Iam vero moeror et gaudium principes animi motus sunt, quos qui novit tempori excire et perspicacissimam ingenii aciem, et praestantissimam sollertia artis ostendit, et talem virum, qui commoventur, adiunguntur cumulatis laudibus celebrare.

Quas hactenus memoravi certissimæ admirationis caussae sunt, sed omnium potissimum iudico repetendam esse ex fine, quem auctor sibi constituit in hac melica elucubratione aequa ac in ceteris, quemque est feliciter assecutus. Magnum est in sacerdote adolescenti ingenium, magnum musicæ artis excolendæ studium, magna exercendæ cupiditas, sed his omnibus praestantior est pietas. Qua unce permotus secum ipse deliberavit vitam D. N. I. C. cantu exigere, animisque fidelium oblectamento cantus altius infigere. Id autem ingenii ne dicam sollertia, an instinctus divino, an verius utroque tam efficaciter praestitit quam quod maxime. Profecto quidquid est in eius opere venustatis, dignitatis, ornamenti, omne id pietatem spirat. Iam in audientium animis recordatio mysteriorum, quae religionis christianæ deliciae sunt, quaeque vehementissime mentes commovent, delicatissimis concentis

tibus renovata præ ceteris effecere ut opus Perosianum ingenti plausu, summis laudibus, eximiis admirationis indicis exciperetur.

Si igitur una complectaris, in auctore quidem aetatis florem, ingenii acumen, scientiae maturitatem, musices studium; in opere vero facilitatem cum decore, simplicitatem cum elegantia, naturae imitationem, incitamenta pietatis; facile tibi persuadebis, totius admirationis quam sibi conciliavit fuisse dignissimum.

C. DE ANGELIS.

#### PAULINA TEKLHIONWAKE

POETRIA

ET MULIERES IROQUENSES AMERICAE SEPTENTRIONALIS

**P**AULINA Teklhionwake iroquensis, nobili genere nata (eius enim pater nomine Onwanonsyshon eorum Indorum dux fuit qui *Canadam* in America septentrionali incolunt quique ex corporum colore *Pelles rubrae* vulgo appellantur), non solum apud suos, sed etiam apud complures Europaeos, praesertim Anglos, clarissima huius aetatis poëtria habetur. Optima enim fundit carmina, quae omnia in celebrandis sua gentis moribus et factis versantur, eademque, cum in publicum prodit, tanto animi ardore atque tanta vocis suavitate recitat, ut qui audiunt, incredibili quadam voluptate perfundi se sentiant. Hic autem eius corporis habitus: statura procera, color pellis ruber; oculi pulli, vultus gravis, crines prolixæ et resoluti, vox plena atque suavis. Purpuream autem induit vestem, more indigenarum, caudis ermineis, ursi pedibus atque pantheræ dentibus ornata.

Ipsa nuper in commentario, qui gallico verbo *Revue des Revues* (1) inscribitur, plurima ornata et distinete de iroquensis mulieribus disseruit, primum ut earum notitiam divulgaret, deinde falsas ut opiniones, quas Europæi de Americae septentrionalis indigenis nationibus habent, dilueret. Nam fere omnes putant *Pelles rubras*, quas dicunt, asperos et incoltos homines esse, quod neque moribus, neque legibus, aut imperio cuiusquam regantur. At res secus se habet.

Omnium enim indigenarum gentium quae *Canadum* incolunt, viribus, moribus, ingenio et virtute Iroquenses praecipiunt, quorum respublica iam inde fere a saeculo xv post Christum natum regali, optimati et populari genere temperata est. Itemque iroquenses mulieres praeter ceteras indigenas ingenio et moribus excellunt, quippe quae et a claris viris se ortas esse praedicant et ad cultum nostrum propensae sunt. Nam coquendi artem et suendi norunt; candidum panem et cibos suaves comparant, conservantque fructus; magnificas vestes, splendida stragula variis contexta pannis, pulcherrima acu picta opera conficiunt, quae omnia quotannis in unum locum convergent ibique proponunt.

Tegumine autem utuntur tunica cum fimbria variis coloribus sparsa; nigros crines obliquant nodoque substringunt; circum collum torqueum vitreis frustis nexam gerunt. At nonnullis habitus est in morem nostrum; petasum enim habent paleis contextum floribusque ornatum, habent manicas. Verum eae, quae agros incolunt, vestem succinctam argenteis gemmis ornatam, amplas bracas acu pictas induunt, plures annulos in digito ferentes.

Hae maxime maiorum suorum religione sunt dedicatae, quae in colendo *Magno Spiritu*, qui dicitur, versatur. Diebus festis se in *Long House* – ita enim

(1) Vide *Revue des Revues*, xvi kal. dec. 1898, pag. 360-367.




locum, ubi sacra ibique chœras agunt.

Suum autem enim subigit, se pitque tempore tam; neque appetit; quin etiam quasi in portum arbitrantur. Nam esse immortales tum denique vias, quas dicunt, regant amorem et caritatem.

Sed pauca dicuntur. Hae a teneris 10 palo adligantur (partem ali, hoc quid nigarum ob possint, diuturna compescere atque ac duritiae studebunt, semina in nistra viminibus transiunt, agres pergrantes ac ligantur).

Impuberis adolescentium luctu quæque consancta profert velatum ad eum videtur.

Si quis autem ducere vult, eius dies nuptiales nubere neget, per decim autem annos magna officia se eius familia in concilium constitutum, quæque familias dignitatem et cunctis sibi commissa mulier, si mulier,



locum, ubi sacra celebrantur, appellant - se recipiunt,  
ibique choreas ad certos tibiae aut tympani modos  
agunt.

Suum autem quaeque agrum ipsa colit; terram enim subigit, semina spargit, fructus demetit percipi-  
tque tempore opportuno. Itaque vitam agunt beatam; neque appropinquatio mortis, cum senuerint, eas  
angit; quin etiam, quo propius ad mortem accedant,  
quasi in portum ex longa navigatione se esse venturas  
arbitrantur. Nam hoc sibi persuasum habent, animos  
esse immortales eosdemque, cum e vita discesserint,  
tum denique victuros esse in *beatrum venationum*,  
quas dicunt, regno, ubi *Magnus Spiritus* imperat, qui  
amorem et caritatem illinc in suos effundit.

Sed pauca dicenda sunt de puellarum institutione. Hae a teneris unguiculis, brachiis ad latera adstrictis, palo adligantur (hoc enim putant staturam in rectam partem ali, hoc vires nervosque conformari), ut, si quid nugarum ob oculos proponatur, cum arripere non possint, diuturna exercitatione sese desideriumque compescere atque cohibere perdiscant. Deinde labori ac duritiae student; faselos enim putaminibus deglubunt, semina in agros spargunt; petasos paleis, canistra viminibus contexunt; grana in hiemem filo transuunt, agrestia poma colligunt, multumque rura peragrantes ac libero coelo utentes sole colorantur.

Impuberes puellae non solum intersunt quibusdam adolescentium lusionibus, sed etiam praesunt; suum quaeque consanguineum et necessarium tuetur: arcana profert verba et manus leviter in eius caput agitat motu, ut ita dicam, magnetico, quem aptissimum ad eum victorem efficiendum putat.

Si quis autem juvenis puellam in matrimonium ducere vult, eius patrem adit; quo favente, intra paucos dies nuptiae celebrantur; verum si puella illi se nubere neget, pater nullam in eam adhibet vim. Se-decim autem annos natae puellae iam filius est; tum magna officia se exequi debere sentit, praesertim si eius familia in earum numero sit, quae Iroquensis concilium constituunt. Nam mulier, non vir, apud Iroquenses familiae personam gerit; quare se debere eius dignitatem et decus sustinere intelligit, eademque sibi commissa meminit, si filios spectat, qui in concilio aliquando sessuri erunt. Huius autem generis mulier, si mulierum suae tribus princeps est, non solum

apud suos magnam habet auctoritatem, verum etiam apud illos, qui reipublicae consulunt. Ipsa enim, si quis eorum, qui civitati praesunt, moriatur, designat quis ex heredibus illi succedere debeat. Licet quidem senioribus aliquid animadvertere, verum si mulier in suo perstat consilio, illi obtemperandum est. Quare apud Iroquenses summam rerum ad paucarum mulierum arbitrium iudiciumque redire facile dici potest.

At alterum est mulierum genus, quae apud Iroquenses magno honore sunt. Nam iis, quae neque nobili genere natae sunt, neque erminea cauda, veluti quodam magnifico ornamento, utuntur (nobilissimae enim ornamentis distinguuntur), cani et rugae auctoritatem afferunt. Omnes enim atque etiam matronae religiose anus venerantur, puellaeque, si cui earum nullus sit sedendi locus, ipsae vero considunt, statim consurgunt et eam sessum recipiunt. Anum autem consilia et responsa tantum habent auctoritatis, quantum quae a nobilissimis mulieribus, de quibus supra dictum est, proferuntur.

DONATUS TAMILIA.

EFFOSSIONES NOVAE  
IN AREA ROMANI FORI

**E**XPLORATUM plane est romanarum antiquitatum cultoribus, templum divo Iulio dicatum in ea Romani Fori parte quae ad orientem spectat situm fuisse, scilicet inter aedem Vestae et aedem Faustinae, ut in ichnographica tabula quam lectorum oculis subiicimus, indicatur. De aedificii huius origine et historia aliquid hic innuere rei pretium sane erit, ut postea, maxima qua par erit brevitate, de recentioribus effussionibus illic peractis verba faciamus.

Postquam idibus martii, anno ab urbe condita  
cccx, Caesar in Pompeiana curia coniuratorum  
gladio occubuit, cruentum adhuc eius cadaver in  
Forum solemni funere inlatum est, rogo iam in  
Martis Campo iuxta Iuliae tumulum exstructo (1).  
Lectum in Foro magistratus et honoribus functi po-  
suerunt; et fortasse non longe a Regia, domui vir-  
ginum Vestalium iuncta, ubi ipse uti pontifex maxi-

(1) SVETON. *in Caesare*, cap. 84.

mus mansionem statuerat. Et nobis iuxta viam Sacram apud virgineam domum rudera adhuc recentioribus structuris pene obruta illius domus spectare licet, in qua dictator supremam vitae suae noctem transegit. In Foro ipso quaestio de funere orta est; quum quidam corpus eius in Capitolini Iovis cella, alii potius in Pompeiana curia, ubi occisus fuerat, cremare maluerint; sed repente duo gladiis succineti illud ardentibus cereis succenderunt. Hoc signo indicto, circumstantium turba virgultis et subsellii superimpositis bustum tumultuarium paravit; cineres autem a Foro in Martis Campum ad monumentum gentis Iuliae postea translati sunt. Eo ipso loco ubi dictatoris corpus exarserat, plebs columnam e solidi marmore statuit, inscriptione addita PARENTI · PATRIAE. Ara etiam ei dicata est, quum constet ibi plebem sacrificare et vota suspicere consueuisse (1). Postquam vero Marci Antonii iussu Caius Amatius interfectus est, cuius praesertim auspiciis Caesarianum illud monumentum erectum fuerat, Dolabella Ciceronis gener columnam et aram, plebe tamen tumultuante, de medio sustulit. Nec populi tumultus profecto desiit, donec triumviri reipublicae constituendae templum ibi ad honorem ipsius Caesaris erigendum esse decreverunt; quod post annos duos, nempe a. DCCXII ab urbe condita, factum est. Aedificium ita cultu magnifico ibi exstructum, quod postea Octavianus Augustus rerum omnium potitus rostris actiacis exornavit, quae rostra Iulia vel Nova appellata sunt (2).

Aedes divi Iulii in area ipsa, ubi bustum olim  
suerat, sita profecto erat, teste Dione qui scribit: καὶ  
ἥρων οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐνῷ ἐκέναυτο  
προκατεβάλλοντο (3); et ex Appiani verbis colligi po-  
test, templum illud iuxta Regiam pontificis maximi  
exstitisse: ... ἔνθα τὸ πάλαιον Ὠμηταῖς ἐστι βασίλειον (4).  
Quin imo Ovidius indicationes alias ad aedificii illius  
positionem recte statuendam nobis suppeditat. Nam  
in poemate, cui titulus *De Ponto*, aadem Caesaris ut  
proximam templo Castoris et Pollucis indicat (5);

(1) SVERIGE, loc. cit. cap. 85.

(2) *Dio Cassius*, L1, 19.

(3) *Dio Cassius*, XLVII, 18.  
(4) *De bella civili*, II, 148.

(4) *De bello civili*, II, 148.  
(5) *De bello civili*, II, 148.

(5) ... quos proxima templa tenentes  
Divus ab excelsa Julius aede videt.

*De Ponto*, II, 2, 85.

et in fine *Metamorphoseon* clare ostendit frontem ipsius aedis Forum et Capitolium versus spectare (1). Ex quibus indicationibus certo liquet, basim illam quae inter aedem Vestae et aedem Faustinae adhuc manet, subtractionem aedis divi Iulii procul dubio fuisse.

Huius templi speciem in numismate quodam Augusti et in alio Hadriani imperatoris expressam habemus. In primo inscriptio dedicationis legitur *divo IVLIO et signum ipsius Caesaris sub portico exstat* (2); in altero autem rostra quoque ante faciem aedificii adfixa et imperatorem ipsum populum adloquentem e podio aedis adspicimus (3). At cum figurae numismatum non satis accuratae ad aedificia exprimenda iudicandae sint, et monumentum ipsum pene disiectum et partim ruderibus obrutum adhuc esset, ita accidit ut singularis eius aspectus in quibusdam suis partibus nos adhuc lateret.

Nunc vero effossionum gratia, quarum iam in *Voce Urbis* mense novembri verba fecimus, pars anterior aedis Caesaris, ubi hemicycli initium tantum videre licebat, libera omnino adparuit; et ideo hemicyclum illud opere quadrato ex tofo exstructum integrum nobis est restitutum. (*Vide tabulam*).

In medio hemicyclo area saxo tiburtino diligenter strata detecta est, quae basim circularis formae, aliis duobus minoris moduli et hexagonis superimpositis, continet. Sic etiam manifestum fuit structuram illam, quae ante hemicyclum exstat, recentioris aetatis esse, quippe basis ipsius partem tegat; et fortasse quinti vel sexti post Christum saeculi, cum eo tempore monumenta Romani Fori mutationibus quamplurimis obnoxia fuerint.

Area hemicyclo interclusa, locus magni momenti et sacer a veteribus reputatus procul dubio existimandus est, et talis ut templi ipsius quodammodo pars esset. Et notandum hic etiam est quod adspectus hemicycli illius plane singularis sit et ab aliis veteris Romae templis plane differat. Ex quibus iure colligitur aream hanc sacram, busti illius celeberrimi Iulii Caesaris memoriam quamdam apud antiquos servasse. Et quod ad basim attinet, ipsa monumentum quoddam honorarium magni viri certe sustinuit, et facile, ut ego puto, aram marmoream, quae ante faciem templi suo proprio loco esset. De statua Iulii Caesaris quidam cogitarunt, numismatis Augusti, de quo supra diximus, testimonio adducto; sed numisma illud statuam in templo ipso, non in inferiore eius parte positam nobis ostendit; quin imo ibi ara ante templum expressa procul dubio est. Ex quo coniici etiam potest aram illam magni momenti fuisse et certe ob memoriam funeris.

Ad haec addendum censeo quod nunc effossionis huius gratia certe cognoscimus, rostra actiaca ante parietes, quae in tabula A et B nuncupatae sunt, affixa fuisse, et consequenter gradus ad latus earumdem parietum exstisset.

Quae omnia cultorum venerandae antiquitatis animum gaudio sane affident, tam spe anteriorum detectionum concepta, quam monumenti insignissimi effossione, cuius adspectus eventum romanae historiae celeberrimum et ipsius romani imperii fundationi coniunctum in mentem revocat ac nos aetati illi proximiores quodammodo reddit.

HORATIUS MARUCCHI.

(1) ...ut semper Capitolia nostra Forumque  
Divus ab excelsa prospectet Julius aede.  
*Metamorphos. in fine.*

(2) BABELON, *Descr. des monnaies de la république*, II,  
pp. 59, 138.  
(3) COHEN, *Monn. imp. II édit. Hadrien*, nn. 416-419;  
1388, 1389.

## EX ANGLIA

### DE DISCIPLINA SCHOLASTICA APUD BRITANNOS

**Q**UUM nihil hoc tempore magis in disceptationem inter sapientes veniat quam disciplinae rationes quibus utuntur Europae nationes ad iuuentutem in bonis artibus erudiendam, non absonum mihi videtur pauca de disciplina nostratium referre, praesertim quum nemo sit qui nesciat solere nobis vitio verti, quod iuventus nostra, si cum alienis gentibus conferatur, parum in doctrina profecerit. Evidem fateor me inter eos numerandum, qui sapientiam maiorum artemque scholasticam ab eis traditam grato animo amplectar. Primum enim hoc nobis proposuimus exemplo virorum quum fortium tum etiam honestorum, si modo liceat, mores conformare. Doctam sane cupimus fieri iuuentutem nostram: virilem ante omnia volumus. Itaque in primis huic studemus, quomodo minimum discipulis nostris taedium ex ipsa disciplina oriatur. Proinde sapiens veterum illud proverbium: « Ne quid nimis » studiis nostris inscripsimus: neque horas studio dicatas in nimium producimus, neque teneras adhuc indoles acrioribus studiis incitamus. Intervallis, animorum quieti sovende aptis, studiorum tempus distinguere solemus: « divisum sic bene fiet opus ».

Per haec intervalla sub aperto coelo quantum protest luditur, atque hi lusus quibus uti consuevimus et animorum delectationi et praecipue ad corpora puerorum exercenda inserviunt. Pila, cursu, pugnis, contendit: fatigantur membra, neque id ultra quam vires cuiusque ferre possunt, sed quantum animos recreare valeat. Hi lusus quanto in honore sint apud nostrates nemo est qui nesciat: invitus quidem confiteor, lusui discipulos nostros impensis aliquid dedisse mentes forsan quam Minervae operibus. Neque tamen obest iuuentuti nostrae multa ignorare, si modo vim animorum integrum, ingenium vegetum ac virile servaverint discipuli. Quippe ubicumque circumspiciant, materiem invenient ad cogitandum: neque condiscipulorum consuetudo minime, ut cum Flacco loquar, pectora roboret. Exeuntibus ex collegio tota patet tellus: quot regiones habet orbis terrarum tot hic patrias iuuentuti ostendit. Ita fit ut modice docti, abundantibus instructi viribus, exire soleant iuvenes britannici, sibi quidem confisi, alienis vero, quod dicere piget, invisiories.

H. A. STRONG.

### DE FINE ORBIS TERRARUM

#### ac DE EXITU HUMANI GENERIS

**N**ASCENTIS anni prima dies milliarius quasi lapis habetur, qui in serie saeculorum positus et quemdam nobis orbem temporis indicet, et vitae spatium, et mortalium iter, emenso quodam ac prae-finito curriculo, distinguat a peragratis, et a peragrandis huiusmodi secernat.

Sed altioribus intentae mentes, a praeterito lapsi anni supremo die ad illum convolant, qui ultimus et humano generi, et rebus omnibus, quae sunt circa nos, seu terra sustineantur, seu in caelo conspiciantur, dicendus erit.

Saepè de hoc ultimo colloquiuti sunt inter se philosophi, et, quae loquuti sunt, scriptis mandarunt; saepè religionibus addicti viri de eo sermocinati sunt, sacrisque in tabulis tradiderunt; saepius et gentes

quasi e communibus notionibus, quas a primigenia familia traduxerunt peregrinature per orbem, hanc unam plus minusve commentari solitae sunt.

Optimorum consuetudini inhaerentes gravem hanc disceptationem assumimus, atque hoc unum dolemus, nobis quosdam limites fuisse constitutos, quos tum non attingere, tum excedere par nefas sit.

Primo igitur animadvertisimus distinguendum esse inter diem et diem. Alius enim est qui humano generi feratur ut ultimus; aliis qui dicatur talis orbi terrarum. Posset enim hic sine habitatoribus ullis indefinitum tempus vivere et vagari per coelum; homines sine orbe isto vivere et vagari non possent.

Ad humanum genus qui attinet, negamus huic finem posse rationabiliter constitui, conditionibus, quae nunc sunt, permanentibus.

Nam 1º sunt qui tenent humanum genus vitis ita corruptum et extenuatum iri, ut, statura exinanita quotidie, et in peius quotidie infirmata, denique peritus extinguatur.

Qua de causa? Vitis, inquit, in ipso fonte extenuantibus vires. Certam autem esse humani generis senectutem,

*Nam genus hoc vivo iam decrescat Homero.*  
*Terra malos homines nunc educat atque pusilos.*

Atqui Tacitus Iuvenali respondeat: « Vitia erunt donec homines, sed neque continua, et meliorum interventu pensantur ».

2º Doctius alii (quorum princeps Kelvin in disceptatione quam publice habuit coram concilio geologorum nuperrime Toronti collecto, de qua summatim refert *Cassel's Magazine*) probant quinque intra saecula peritrum genus humanum, quia oxigenum deficit; atque rationibus positis tum de quantitate oxigeni, quae nunc est, tum de illa quam carbones absorbent, et in fluidum (gas) carbonium convertunt, tum de ea quam gentes, quotidie aspirantes oxigenum et reddentes carbonium, quotidie comitant, ostendunt ad summum inter quingentium annum populos, immo animantia omnia interitura.

Sed pace tantorum sapientum, praesertim ipsius, quem nominavi, hi neque addiderunt quotidiam oxigeni vim, quam vegetantes reddunt, quam evaporantes aquae ubique diffundunt, quam denique necesse est a carbonio in oxigenum reverti in hoc perpetuo motu rerum omnium, quo fit ut omnia coalescant brevi dissolvenda, et in sua principia reditura, iterum, si dissoluta, brevi congregentur.

3º Sunt qui, solis terrae calorem quasi lanibus appendentes, aestiment quantum quotidie caloris utrique perdant; tum tempus determinant, quo nec soli vigor erit, nec terrae calor. Qua de re vita peribit tum in vegetantibus, tum in animantibus.

Sed in errorem non exiguum incidisse hi vindentur qui calorem reputant tamquam emanationem corporis, et non quasi effectum motus. Credo quidem, si sol quotidie disperderet vim radiorum, brevi interitum, at sol non emitit a se calorem aethereum, sed commovet adstantem aetheream, qui atmosphaerica densitate constrictus degenerat in calorem. Quo fit ut in vertice montium altissimorum, ubi rarior aer, quamvis viciniores astro diurno sint, rigere omnia videamus, concrescere gelu aquas, durare nives, dum contra in vallibus et planitie, ubi densior est aer, atmosphaera crassior, quamquam a sole longinquiora aestuant omnia. Idque persuasum est magis iis, qui coelestia astronomice scrutantur. Nam si crederemus proposito ab adversariis principio, calefacientis actio solis fere nulla esset in Marte, nulla

in orbis  
atque U  
quem o  
Talis il  
Calor o  
nempe  
Et cum  
lux ead  
sed hal  
falsum  
reverbe  
citer de

Qui  
nobis e  
quinimo  
deduxim  
drata de

Num  
lucis, hi  
ventium

Sed  
noster?  
Hac  
litterae,  
numero  
dempiss  
humano

De  
NATIV  
gentium  
si veteru  
moriam  
quippe cu  
habeant.  
teque dif  
arboris C  
nestetur.  
manet, q  
duxit, qu  
sidera int  
ram obie  
perlucent  
culi xiii  
galois, ap  
runtur: i  
lico, fere  
luminibus  
advenisse  
opinio re  
hominum  
borem il  
rarum so  
dantem, i  
de arbor  
rica men  
torati (nu  
Memorab  
typis edit  
usus des  
in media  
taenias, v  
luta, bel  
theologus

primigenia  
bem, hanc  
nt.  
s gravem  
nec unum  
constitutos,  
er nefas sit.  
ndum esse  
amano ge-  
talis orbi  
ibus ullis  
coelum;  
n possent.  
mus huic  
ditionibus,  
enus vitiis  
exinanita  
nique pe-  
fonte ex-  
mani ge-

in orbe Iovis, nulla et ultra in orbibus Saturni, atque Urani. Quid autem dicendum de orbe Neptuni, quem orbem solis iubar assequitur quatuor post horas? Talis illuc esset calor, qualis haberetur hac formula: Calor orbis nostri sit 8; calor Neptuni erit 8—240, nempe bis centies ac tricies et bis minor terrestri. Et cum eadem ratio de luce habenda esset, nam solis lux eadem proportione minueretur, non illuc lux ulla sed haberentur tenebrae; quod quidem non modo falsum est, sed illum tanta percutit a sole lux, ut reverberata ad nos remeet immenso intervallo felicitate devicto.


Quid si addas ipsam rationem imminutionis a nobis expositam, non ad unguem obtinuisse verum, quinimo longe distare? Nos enim hic ad facilitatem deduximus, simplici arithmeticò iudicio, sed per quadrata deducenda esset, quia talis est lex emanantium a centro.

Numquam igitur erit in sole defectio caloris et lucis, hinc numquam illa mors omnium in orbe viventium.

Sed quid si cataclysmate aliquo totus pereat orbis noster?

Hac in re quid senserint homines, quid tradant litterae, quid timendum vel sperandum sit, in sequenti numero exponemus. Sufficiat nunc philanthropis nos dempsisse ab eis curam ingruentis illius finis, quem humano generi docti homines minati sunt.

H. D. V. PIERALICE.



## FRUSTULA

### *De arbore quam vocant nataliciam.*

NATIVITATIS Christi festum, cordi suavissimum, in litteris et artibus, in ipsisque usibus omnium gentium tam poetica et familiari nota manavit, ut si veterum religionum per manus proditarum memoriam comprehendere quis cupiat, incassum cedat, quippe cuiuscumque fere regionis incolae suam ipsius habeant. Consuetudo vero nostris diebus longe latente diffusa *arboris* quam vocant *luminum*, sive *arboris Christi*, digna est quae speciali mentione honestetur. Sed tamen obscura arboris huius origo manet, quam Scheffel in *Ekkehart* a saeculo x deduxit, quando vago cuidam equiti — uti traditum — sidera inter frondea nemora micantia eiusdem figuram obiecere. At neque fabula haec, neque arborum perlucientium, quam videre licet in commenticia saeculi xiii gallica historia, cui titulus *Diamart le galois*, aperte ad solemnia de quibus agimus referuntur: itemque dicendum de usu illo pariter gallico, fere eodem tempore vulgato, ornandi arbores luminibus ad gaudium, quod salvus hospes aliquis advenisset, demonstrandum. Alia denique vulgaris opinio refert, diem xxiv mensis decembris primis hominum parentibus dicatam esse, atque ideo arborem illam, quae in media beatissimi orbis terrarum sede extollebatur, fulgentibus pomis redundantem, in mentem revocasse. Ceterum quidquid est de *arboris* huius *nataliciae* origine, prima eius historica memoria in germanica regione, immo Argentorati (nunc Strasbourg) recolitur. Anno enim 1600 *Memorabilia quaedam Argentorati observata* ibidem typis edita sunt, apud quae communis illius populi usus describitur, qua nocte Christus natus est, pini in media domo erigendae, eique ex charta discolores taenias, varia poma, eaque argenteo tegmine involuta, bellariaque figendi. Quin etiam anno 1657 theologus quidam in eadem urbe usum hunc expro-

brabat, cum melius fuisse, in quadam suo opere scriperit, *pueros ducre ad perpetue viridantem citream Domini nostri*. Haec igitur, vetustissima quae cognoscantur, documenta *nataliciae arboris* primas Argentorati civibus vindicant, unde per orbem usus est prolatus; neque Goethe poeta, qui primum Lipsiae arborem vidit et amore fere dicam puerili deinde prosecutus est, minimam opem ad id consequendum scriptis contulit. A *natalicia pino*, quando forsan nemora privati iuris facta sunt, ut libere arbusta e radicibus omnibus haurire minime fas sit, quae vulgo *pyramis* dicitur est deducta, maxime inter Saxones, et nunc in Americis, pervulgata, ex hastili constans, in aqua tabula defixo, cuius in longitudinem minores sades horizontales adnectuntur, varie depictae vel deopertae, e quibus lumina omnigenaeque res pendent. Sunt autem et *nataliciarum arborum* alia genera, quorum unum plebi praecipue reservatum.



### *Pauperum arbor natalicia.*

Voluptuaribus pauperes prohibentur, non vero amoris sensu; itaque *nataliciae arboris* vices et caudicem tantum in foculo crepitantem habere plebi placet. Quisnam vero dicat et de hoc quot religionis species? quae etsi vana, non ideo spernenda, cum semper suave quidquam et praecelsum intellectum praebant. Sic, nonnullis in locis caudex in flamma incenditur, cui lampas in ecclesia ardens ignem intulit; alias, dum caudex comburitur, puerorum oculi vittis velantur, qui, populare carmen cantantes, caudicem ipsum ferro percutiunt, nitentes ut quas plurimas possint, quasi gemitus ad Deum, scintillas attollant.



### *De strenis.*

Natalicii, ut aiunt, dies strenarum quoque memoriā renovant, quae etsi munus pauperis Romanis esse solerent, diuturnitate temporis et pauperum et divitum factae sunt. Symmachus Tatium Sabinum scribit, primum sub anni exordium ex verbena ramulum, nemore evulsum Streniae, virtutis nunini sacro, ad faustum omen dono accepisse: inde donarium horum mos, inde nomen ductum. At iam antiquis rei romanae temporibus verbenaceae dono, quae Martialis *aurea cariota* dixit, successere, caricae scilicet, mella, dactyli, aliave crustula sive inaurata, sive consulto affabreque composita, ad inoffensem, felicem dulcediniumque plenum annum necessariis atque amicis precandum. Usus hic Romae ita invaluit, ut quo tempore Augustus imperium nactus est, religiosus fere habitus sit, ac senatus populusque romanus ad Capitolium strenarum dona, eaque omnia aurea, retulerint, atque Streniae deae praesidis in honorem, solemnī pompa ritus et amplissimas epulas celebrarint. Media, quam vulgo nuncupamus, aetate strenarum consuetudo persistit, ad Paschatis vero festum traducta, cum ille quidem primus anni dies haberetur. Aloysio XIV in Gallia regnante strenae amplissimam magnificentiam sunt consecutae, ut plurimum notitia ipsis historiis tradita sit. Traditum et id reperi, familiari cuidam consuetam strenam petenti, Dubois cardinali, quae omnia per annum superiorem sibi ille furatus esset, dono dedisse. Quid, inquam, splendidius donare potuit?



### *De mense ianuario.*

Sunt qui hunc mensem Ianuarium dictum affirmant, quasi *anni ianua*; at plerumque nomen deductum putatur a Iano, vetustissimo Latii rege, qui

tamen bifrons effingebatur, quippe altera facie annum elapsum, altera advenientem aspicaret. A Romanis quoque *Nupcialis* nomine est cohonestatus, quia Iunoni pronubae dicatus. Solemnia per mensem celebrabantur *Compitalia*, septem diebus a prid. id. agitata in viarum compitis, Larium in decus; cui addenda (ix kal. febr.) *Seminalia* ad Cererem, agrorum numen, piandam; atque (vi kal. febr.) feriae Castoris et Pollucis, in honorem ductae pugnae ad Regillum lacum coelestium horum victorum. Ianuarium mensem Athenienses *Harmelion* dixerunt; *Lernaeum* Ionii atque Baeotii; *Aesthium* Cypri; *Audinaeum* Macedones; *Tybi* Aegyptii; *Schebat* Chaldae; *Ieuner* Germani.



### *Utilia.*

Consuetudo perutilis nostris diebus plures tenet, pro communi umbraculo, paenula uti ex panno gummosis quibusdam substantiis immeabili aquae facto. At saepe fit, ut brevi mollitudo defluat et paenula haec rigida evadat. Tum, ad pristinum reducendi gratia, ammoniacis exhalationibus exponatur. Sic, aurigae eam in stabulis, quae constantis temperie atque ammoniaci nunquam inopiam patiuntur, suspendere solent.



### *Iocosa.*

Ad quendam pauperem medicum:  
*Pharmaca das aegroto, aurum tibi porrigit aeger;*  
*Tu morbum curas illius; ille tuum.*

FORFEX.



## ANNALES

De pergravi oratione habita in publica Germanorum contione. — De Christophori Columbi cineribus. — De verbis a sir E. Monson habitis. — De Georgii principis Cydoniam in urbem ingressu. — De novo legato Gallorum ad Vaticanum.

In publica Germanorum contione interroganti Richterio populari oratori de ratione acceptarum datarumque rerum perpendenda, De Bülow tertium imperii locum tenens: Res, inquit, quibus regiones ad orientem vergentes agitantur, quamvis bonum suscipere videantur cursum, multos tamen annos desiderant, antequam omnem a nobis eripiant timorem. Sperandum autem non est fore ut tranquilla omnia pacataque procedant; minus quidem nunc est quam antea periculum quominus nostrarum gentium perturbetur quies, id tamen negari non potest, magnam esse quaestionem. Quod, si quis tum Balcanicarum nationum utilitates, tum libertatis studia, tum cupiditatem consideret occupandi novas terras, satis perspicuum appareat. Sunt enim in peninsula Balcanica res, quae in discordiam, si interpretari velimus, civitates nostras inducere possunt; Germanorum vero imperium, cui est pacis amor, de pace semper sua praestabit officia.

In Creta insula, quae secuta sunt, nobis usaserunt ut navem bellicam, cui nomen *Oldenburg*, revocarremus, illud cogitantes: *multos coquos salsamentum corrumpere*.

Refutatis inde hominum commentis de imperatoris Guillelmi itinere ad Orientis partes, oratione habita de templo acatholicon augurato, soli, cui nomen *Transitus B. Mariæ Virginis*, mentionem intulit, eiusque proprietatem societati catholicae Germanorum datam esse monstravit. Quibus prolati



RERUM ELENCHUS ULTIMI NUMERI SUPERIORIS ANNI

Iulii Sterbini filiis Iosephó Alphonso Nicolao . . . . .	LEO XIII.
De honoribus recens habitis Ioanni Bosco . . . . .	A. GALLI.
De Vita sancti Francisci omnium antiquissima . . . . .	F. RAMORINO.
Operariorum <i>cappellani</i> . . . . .	D. TAMILIA.
De bello inter Hispanos et Foederatas Americae civitates . . . . .	MARIUS.
<i>Iris Petri Mascagni</i> opus . . . . .	HERSILUS.
Ad Puerum Iesum . . . . .	F. X. REUSS.
Quaenam ad rationes putandas antiquis gentibus via . . . . .	F. TEDESCHINI.
De Christi Domini praesepe . . . . .	I. CASCIOLI.
Anthea ( <i>Eamus ad Ipsum</i> ) . . . . .	P. ANGELINI.
De homine et lupo non sua sponte equitantibus . . . . .	H. D. V. PIERALICE.
Horae subsicivae. — Ad Antonium Lupettum . . . . .	S. GROSSUS.
Ad <i>Vocem Urbis</i> . — Epigramma. . . . .	E. MANCINI.
Annales . . . . .	EGNATIUS.
Epistularum commercium . . . . .	A SECRETIS.
Aenigmata . . . . .	X.

**Ciapponi Franciscus et Soc.**

OFFICINA  
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS  
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

**I. Romanini et Soci**

ROMAE  
VIA TOR MILLINA, N. 26-28

PRAEMII DECORATUM OPIFICIUM

Sacrarum Supellectilium textili disciplina fabrefactarum  
sive phrygio opere, sive damasceno, sive acu discriminatarum,  
sive auro, sive argento,  
sive sericis intertextarum, item siqua sint ad Eccl. usum

Ibi et Calices, Ostensoria, Pyxides, Lampades, Reliquaria,  
Thuribula, Acerrae,  
ex argento, ex cupro, deauratae, deargentatae.

¶ *Suppeditor SS. D. N. Papae* ¶

VENALIUM INDEX IMAGINIBUS RERUM DISTINCTUS GRATIS DABITUR

**BURNS & OATES**

LONDON W. - 28, Orchard Street, 28 - LONDON W.

Qui opera cardinalium ediderunt Waughan, Manning, Wiseman, Walthorne archiepiscopi, Hedley episcopi, Faber, nec non Patrum Societatis Iesu et Sancti Philippi Nerei; qui itemque edunt

*The Catholic Directory*  
ecclesiasticae in Anglia hierarchiae nuncium,  
*The Dublin Review*, etc.

nulla impensa, in omnes orbis terrarum regiones libentissime  
mittent Indicem ab ipsis novissime in quattuor partes 84 pa-  
ginarum dispositum, libros catholicos omne genus comple-  
tentem, legentibus utilissimum.

**EQUES PHILIPPUS VITI**  
MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS

Uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.

# DESCLÉE, LEFEBVRE & S.

SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI

PARIGI - LIONE - LILLA - TOURNAI - BRUSSELLE - BRUGES - GAND - MALINES - ANVERSA - TOLOSA

## LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE — Via Santa Chiara, 20-21 — ROMAE

### *Editiones Liturgicae*

quae Typis Societatis Desclée, Lefebvre & Soc. in lucem prodeunt, revisae atque approbatae sunt a S. Rituum Congregatione.

#### *Missalia.*

**Missale Romanum, in-fol.** ( $40 \times 27 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 40; religatum marocchino rosso, foliis flavi coloris: Lib. 55; inauratis: Lib. 60.

**Missale Romanum, in-fol. parvo** ( $34 \frac{1}{2} \times 23 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 30; religatum ut supra: Lib. 42 vel 47.

**Missale Romanum, in-4** ( $30 \frac{1}{2} \times 21 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 20; religatum ut supra: Lib. 30 vel 34.

**Missale Romanum, in-8** ( $24 \frac{1}{2} \times 15 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 10; religatum ut supra: Lib. 16.50 vel 18.50.

**Missale Romanum, in-18** ( $14 \frac{1}{2} \times 8 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 6; bazana religatum, foliis rubri coloris: Lib. 8; zigrino, foliis inauratis: Lib. 10.50.

**Missale parvum, in-32** ( $12 \frac{1}{2} \times 7 \frac{1}{2}$ ), IUXTA MISSALE ROMANUM, IN QUO CONTINENTUR OFFICIA TOTIUS ANNI, TAM DE TEMPORE, QUAM DE SANCTIS, ACCEDUNT NONNULLA IN APPENDICE PRO VESPERIS ET LAUDIBUS VESPERTINIS DISPOSITA. Solutum: Lib. 2.50; tela religatum, foliis rubri coloris: Lib. 3.50; zigrino, foliis inauratis: Lib. 5.

**Missae pro Defunctis, in-fol.** ( $40 \times 27 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 3.50; tela religatum: Lib. 7.

**Missae pro Defunctis, in-fol. parvo** ( $34 \frac{1}{2} \times 23 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 2.75; tela religatum: Lib. 6.

**Epistole et Evangelia, in-fol. magno** ( $40 \times 27 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 15; ligature ad libitum.

**Canon Missae ad usum Episcoporum ac Praelatorum solemniter vel private celebrantium, in-folio magno** ( $43 \times 29 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 25; ligature ad libitum.

**Missae Solemniorum festorum e Missali Romano excerptae ad usum Episcoporum ac Praelatorum solemniter celebrantium, in-fol. magno** ( $40 \times 27 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 15; ligature ad libitum.

**Missale Monasticum, in-fol. parvo** ( $34 \frac{1}{2} \times 23 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 30.

**Missale ad usum FF. Praedicatorum, in-folio parvo** ( $34 \frac{1}{2} \times 23 \frac{1}{2}$ ). Solutum: Lib. 40.

#### *Breviaria.*

**Breviarium Romanum, 2 vol. in-4** ( $28 \times 19 \frac{1}{2}$ ). Editio choralis, permagnis characteribus impressa. Solutum: Lib. 48; religatum: Lib. 54; zigrino, foliis inauratis: Lib. 64.

N.B. — Omnes quas supra diximus editiones novissimas additiones atque emendationes continent, charactere rubro nigroque impressae, pluribus sacris figuris aliisque ornamentis, necnon cantu ecclesiastico ornatae sunt.

Plura etiam adsunt SUPPLEMENTA pro diversis locis vel Congregationibus religiosis.

Catalogus omnium nostrarum editionum liturgicarum cum speciminiis et pretio ad rogantem mittetur. Venales autem prostant omnes nostra publicationes in sequentibus sedibus, ubique sub ipsomet nostro nomine: ROMA, via S. Chiara, 20-21 — PARIS, rue St-Sulpice, 30 — LILLE, rue de Metz, 41 — LYON, rue Victor Hugo, 5 — BRUXELLES, rue de la Montagne, 52 — GAND, rue aux Vaches, 16 — ANVERS, Kipdorp, 22 — TOURNAI, Avenue de Maire

ET APUD OMNES BIBLIOPOLAS.

¶ OMNIUM CATHOLICARUM EPHEMERIDUM SUBNOTATIO PER NOS FIERI POTEST ¶